gradatim exhibenda est, in primis despumata et ebutyrata, cum aquis partibus decocti hordei, plantarum generantium, aut succi fumar. deinde vero solum lac, imo et pro omni alimento concedendum: si nulla ventriculo molestia accesserit: quod si exulceratis intestinis dejectiones sint purulentae, et gravioribus stipatae torminibus, enemata varia paranda sunt cum decocto omazor. lacte, et vitellis ovor. aliisq. subsequentibus formulis

℞. Decoct. hord. et lact. vacc. @. ptes aequales, ovor. vitell. n.° ii. — vel.

℞. Decoct. omazor. v Capill. vener. q. s. vel.

℞. mucilag. psyll. et Cydonior. in aq. ros. extract. ℥i. add. ol. amygd. dulc. ℥iii. v ℥iv. vel.

℞. Decoct. hord. et saniculae @. ptes aequales, sal Thereben. venet. ℥ii. et injiciatur Clysta. —

Suppuratione vero obtutus sa liberte, nihil ultra moliendum ut jam dictum fuit, sed simpliciter alternis diebus alvus laxanda Clystere communi, cum aq. font. et ol. simplici parato.

4.° adventante pustularum exsiccatione, atq. crustis quâlibet die decidentibus, licet omnia absoluta morbis, et pro voto successura videantur, saepius a fallaci restitutae sanitatis specie in errorem impellimur, et plura adhuc supersunt praecavenda; sive in liberiorem et frigidiorem auram praematurius spirent aegrotantes, sive ventriculum jam inedia fractum et debilitatum, copioso et intempestivo oppimant cibo, nova ingruunt, neq. minus reformidanda, ac graviora adhuc minitantur. quippe insensibilis cohibita transpiratio, et pravi succi in 1.is viis et sanguine cumulati, excernenda supprimit, et plures inflammationes in oculis, auribus,

aliisq., exterioribus partibus determinat, dum ex alia parte prava mae, fervorem et tumultum febrium continuarum putridarum et malignarum accedunt, adeoq., his caute vitatis, purgandus ego sequenti catharticeo. —

℞. Senn. mund. ʒi. flor. persicor et coriandr. ana p. i. Coq. levit. in aq. font. et in colat. dissolv. mann. ℥i. v ℥ii. pro diversâ aetate, add. syr. de chicor. compos. ℥i. ß. pro. pot. vel.

℞. rh. contus. ʒi ß. Coq. in aq. font ℥iv. v v. — dein solv. mann. calabr. ℥i ß. v ii. cap. —

Quo peracto, tuto paratur e ventriculo ad cibos boni succi, unaq., superest in variolis conditio, cicatricum nempe difformitas, quam sedulo vitare, tum antiqui, et nostris temporib. pro singulari in vultum amore, atq., in conservanda venustate, e speciem praesertim, in puellis curavere. Licet tamen diversa ad eundem finem atq. metam tentata methodus: etenim solenne erat in vetustâ et nobiliori progenie, pustulas acu aureâ perfodere, statim atq. suppurare inceperat, eo consilio, ut pus nequaquam moram daturum, profundos cicatrices relinquere non posset, — verum nouam cautionem evidentius comprobavit experientia, totamq. operam et attentionem ad pessimam puris naturam — praecavendam, et fugandum nimium cardiacorum et sudorificorum usum, e frequentia maiam purulentam accendunt, et — acriorem nimis efficiunt, licet finitâ et fere consumptâ — suppuratione oleosa et balsamica varia interdum expetendamus ad lubricandam externam cutim, et minuendas cicatricum areas. insuper et certi casus in quibus sanandas, v aperiendas pustulas feliciter imperamus, dum nempe ea latius adeo, —

 sibiq; adhaerentes, tenaciori crustâ obducantur, et effluxum materiae purulentae denegant, ejusdemq; versus interiora aliorem dirigit. — —

Observatio prima

Innumera ferè prodigiosae curationis variolar. exempla, et per 13 annor. spatium popularis morbi devastatio mihi obtulit, — Commemorare possem, sed duo tum seligemus et fortunatas magis vices priùs respicit, adultum 30. annos natum, athletici temperamenti, et roboris quasi inexpugnabilis qui anno 1730 versùs finem autumni, et jam incipientem brumam, variolis tunc temporis grassantibus Correptus fuit, cuius etiam in praeludio morbus Evaserat, atq; fervorem summum et febrem ardentem receperat variolar. Eruptio, et deindè invitâ v. s. in brachio et talo, Commutata fuerant in delirium fere phreniticum, et itá agrotantem agitabat ut ab adstantibus vinci non posset, atq; 3â a morbi invasione die, ruptis per ostia adstantium vinculis dictus in urbem repudiaverat, et nudato corpore viam fluminis vicini tenens, in aquas jam frigore concrescentes, tamen se conjecit a quibus, feliciori fato, turba multitudine subsequente, tum nautis in portu versantibus liberatus est, statim laqueis vinctus, ad hospitium ductus est, attenta erat spectaculo tota ferè Civitas, eumq; jam — — viventem, periculo fluctuum et variolar. devovato: statim thalamis excalefactis sine ullo sensu lum notabili depressione pustular. et quasi nigricante corporis habitu Compositus fuit, mox ipsi exhibita posso Cardiaca, quâ non solum vires excusitata fuerunt, verùm etiam ad saniorem mentem rediit per 3. tum temp: vespertinis tribus horis dum eum invisi, eadem obscuri delirii imminebant reliquia, quò circá julapium parandum —

imperavi, Cum aquis stillaticis Borraginis et Cardui Benedicti Syr. papav. alb. ℥ vi. et Confect. de hyacinth. ℥ i. hac p unum aut alterum diem Continuato ipsa enemata Continuata fuere, donec plane Convictus exacerbatione et anxietatibus aegrotantis, pravos succos adesse in primis viis, et in Sanguinem Confluentes; praescripsi potionem Cathartico emeticam quae tantum Levamen attulit, ut variolis ad solitum terminum feliciter perductis, probe aeger Convaluit: Triplici abhinc mense alimentis pro libito Saturatus, incidit in gravissimam febrem malignam et fata terminavit.—

Observatio 2a.

anno proxime elapso in decemb., veris variolis grassantibus, nob. D.D. N. subitanea febre Correptus fuit, Cum ardore maximo praecordiorum et intolerabili Capitis Dolore. statim vocatus praescripsi v. s. in brachio, et Cum variolas nondum Subesse faterer, imperavi post v. s., paratam fuit potio Cathartico-emetica, quae magnam Copiam materiarum p Superiora et inferiora Eliminavit. vespertinis autem horis Cum splendorem Summum in luminibus observassem, et tum quasi ingravescerent Sympthomata, v. s. in talo, et Emulsionem hora Somni imperavi, simulq; variolas impendentes nunciavi, quae media nocte Simul erupere, mitigata fuere tunc temporis omnia Sympthomata, atq; aeger usq; ad suppurationis tempus, melius se habere visus est, verum nescio an morbi violentia, an quodam Commisso in victu Errore, — propinquante Correptus fuit phrenitide, quae mentem ita e Solio Deturbavit, ut violentas Sibi inferre manus Continuo tentaret; adeo ut Laqueis tantae mora fuerit vinciendus: v. s.,

ad succurrendum infarctum Cerebri, illud praescripsi, ob totius corporis habitum obsidebat numerus pustular. ut unus aut alter chirurgus plures sectionem exspectus, tandem quasi impossibilem pernegavit. in hisce angustiis ptysanam cum Emulsionibus paratam et Continuo haustu potandam jussi, qui Delirium et ardorem Compescuit, atq; deinde potionem purgantem Regiam, cum vini emet. ℥i. in 1° cyatho aegrotanti exhibui, qui stupendum praestitit effectum, atq; aegrotantem non solum imminenti phrenitidis periculo, verum et infaustis variolar. viabus per totum decursum liberavit

Cap. XXVI. pag. 190. Curatio morbillorum

eamdem ad Curandos morbillos sicut et variolas viam practici communius notant, similemq; medicamini usum apparatum proponunt, in terea quandam mutationem suscipit Therapeia, et diluentibus atq; refrigerantibus, magis in hocce quam in priori affectu insistere juvat, adeoq; jam statuto ubi praeludio ex supra relatis signis, vena una aut altera vice in brachio aut in talo secanda est, pro impendenti et aucto Cerebri infarctus discrimine; paranda deinde ptysana cum fol. papav. rhead. et flor. malv. et simplici decocto oryzae, deinde injiciendum enema sub sequenti formula.—

℞ Decoct. flor. malv. et pariet. ℔ß. cum ℔i. ol. Commun. ℥ii. cum mel. narbonen. ℥iß. —

Vespertinis autem horis, praescribendum julapium pro diverso caloris, et siccitatis, aut febrilis aestus gradu

℞ aq. lactuc. et papav. rhead. ana ℥ii. syr. papav. alb. ℥ß. aq. naph. cochl. ii. vel.

℞ 4 sem. frigid. maj. ʒiii. cum ℥ß. Contund. in mortar. marmor. inde affundend. aq. font. q. s. Coct. adde syr.

De nymphea

nymphea ℥i. c̄ Laud. liquid. gutt. xx. — si phrenitis aut — phrenitis, aut agryphnia intensius vigeant. —

Interdum etiam ad efficacius compescendum ardorem et fluidor. motum, ptisana paratur cum sem. frigid. de quâ utatur æger pro potu ordinario, deinde finitis morbillis aut exsiccatis, sequens pro præscribenda

℞. fol. senn. ℥i. rhi. tostus et sal. veget. ā. ʒ ß. coq. in aq. s. q. deinde colat. et in colat. dissolv. manna Calabr. ℥ii. cap. cum regimine. vel si æger tussi —

aut siccitate præcordior. prematur.

℞. flor. persic. et melilot. ā. p. ii. projice in aq. f. fervent. post sufficientem infusionem colet. et in colat. dissolv. manna Calabr. ℥iii. cap. cum regimine —

Contra vero dum morbilli difficilius erumpunt, cum debiliori pulsu, sopore c̄ motibus convulsivis, faciei decolore, et pondere ventriculi, alio se gerunt modo: quippe omissis prorsus refrigerantibus, ad cardiaca deveniendum. —

℞. aq. scabios. et card. benedict. ā. ℥ i ß. confect. alkerm. et hyacinth. ā. ℈i. pulv. viper. ℈i. aq. naph. — cochl. ii. capo partitâ dosi. —

Defervescentibus eo subsidio viribus, omnis eliminandi sunt pravi — succi, qui depurationi obsistunt, vel qui febrem putridam et — malignam fovent, adeoque præscripto prius enemate, nisi periculum sit in morâ cum decocto plantarum emoll. cassi, aut catholico ad ℥i. aut ℥i ß. sequens exhibenda potio. —

℞. senn. mund. ʒii. summit. absynth. et pulv. contr. verm. ā. p. ii. coq. in aq. font. ℥x. deinde colet. et in colat. dissolv. manna calabr. ℥ii. vel ℥iii. pro variâ ægrotantis ætate, ft. potio pro 2. dos. 1ª add. tart. stibiat. solub. gr. iii. aut iv. vel v. —

Si invitâ evacuatione promptius adhuc eruperint morbilli,

morbilli, pro vario cacho chiliae latitantis signo, aut visium ordine, renovandae cathartica, et potus cardiaca, imò si ultimo vigeant angustiae, vinum Creticum cum spirituosis, ut supra innuimus in therapeia variolar. tanquam unicum remedium parandum foret, et vulgò omnem illam methodum eligunt morbilli, nisi complicati fuerit cum febribus putridis et malignis quaecumque tam praecesserint, caveat ne frigidiori aëri aut vento exponatur aegrotans: hinc etenim catharri, ophtalmiae graviores, tussis importuna, aliaque hujusce generis soboles enat et foveri. —

Observatio

Virgo hujusce civitatis quae nondum 20. ann. attigerat, atque jam a longo tempore tussi molestâ et quasi continuâ premebatur, die mensis junii 8ª. febre acutiori cum calore maximo, et siccitate intensiori praesertim pectoris, correpta fuit, brevi juncta fuere intolerabilis capitis dolor, luminum splendor, et exacerbato febrili motu, ad eum compescendum, vocatus chirurgus, qui venam statim in brachio secuit, atque morbum simplicem futuram esse febrem continuam ratus, potionem catharticam altera die sumendam praescripsit, purgans autem alvum quadantenus movit, et felicem non habuit exitum, quippe instante horâ 3ª pomeridianâ omnia ingravere symptomata, tamque notabilior pectoris angustia subortu fuerat, ut praecludendum brevi spiritum virgo clamaret; aegram in hisce circumstantiis invisi, et perspensis oculor. fulgore, sicut et universo cutis rubore, pariterque, morbilli tunc temporis grassantibus in memoriam advocatis, dubitavi morbum illum impendere, et statim sciscitatus an virgo jam morbillos passa fuisset, de quibus instantes et ipsa met incerta plane erat, novam phlebotomiam statim imperavi, et vespere hor. emulsionem cum syr. papav. alb. et ex officinis levamen attulit; etenim —

Crastinâ die violentius saevit orthopnea cum dolore gravativo, et sputum cruentum deprehensum fuit, et cum maj. ardore cutis, et quasi insensibili pustular. specie, ex simul junctis signis, morbillos brevi post alteram v. s. illico celebrandam, erupturos pronuntiavi, quod spes fefellit, et ante ligaturam factam, morbilli in ptib. variis prodiere, interim vigebant adhuc aequaliter symptomata, et reiecto clystere, repetendam vespertinis horis v. s. jussi, cui successit, horâ somni emulsio cum syr. papav. alb. in 1ª. dos. et syr. de nymph. in 2ª. die sequente saltem matutinis horis, aegra melius se habere visa est, licet pustulae non increvissent, aut numerosiores usquam notatae, et versus mediam diem ptam, increbescentib. iisdem, nova supervenerunt quae omnem salutis spem ademerant, atq. aegram votis et adstantib. lugentib., ad caelestia auxilia determinaverunt, et cum praesertim urgebat summa mentis perturbatio, cum tussi siccâ, praescripsi v. s. in talo, quae tantum successum obtinuit, ut morbillis statim ad exteriora confluentib., omnia viscera et praesertim pulmones illico liberata fuerint, nihil referendum gestum est in decursu morbi, et discussis semel morbillis penitus tussis evanuit, adeo ut virgo duplici simul morbo, quorum unus omnib. simul remediis obstiterat, supra vota convaluit — — —

Cap. XXVII.° pag. 194 } Curatio
variolar. limphaticar. gallicè,
a verolle volante

---

qd curationem spectat, soli naturae committenda est, et si qd moliendum videatur, ex iis quae dicta sunt de variolis cautè repetatur —

Cap. XXVIII.° pag. 196 } Curatio
De macie

---

quoniam puerorum macies ut plurimum a salsuginosâ et pravâ victus ratione, et stomachi vitio, reparationem impediente provenit,

Ideircò duplicem eam curandi methodum proponemus: igitur si Sanguis et eius humores acrimoniam contraxerint, propter salsuginosam Constitutionem, temperare, incrassare, humectare, oportet humores, si aeger fuerit Lactans, Lac eligeto dulce et humidum, nutrix diaetam Potentem humectantem et refrigerantem tenebit, jusculi pullorum refrigerant. juscul. Carn. cremor. oriz. et hord. utatur, si vero puer sit ablactatus, vescetur offis, panatell. cremor. juscul. carn. si - Somnus desit syr. papav. alb. conciliabitur, dosi convenienti, - postea jusculum pullorum per aliquot dies sic praescribentur. —

Rx. pull. junior. exenter. repleatur hord. mund. m i. coq. post despumationem per hor. i. in aq. f. s. q. deinde add. fol. borrag. agrimon. et pimpin. ana m. ß. coq. per hor. 1/4. colet et exprim. cap.

Rx. 4 sem. frig. mund. ℥ii. amygd. dulc. excorticat. par. iii. contund. in mortar. marmor. dein affundend. juscul. praescript. adhuc fervent. colet. et exprim. cap. —

assumptis jusculis per 4 vel 5 dies, puer sic purgabitur. —

Rx. rh. contus. et tart. solub. ana ʒi. sem. lin. pi. coq. in aq. f. s. q. sub fin. coctionis add. fol. malv. fol. orient. ana pi. in colat. et express. ℥iii. dissolv. mann. calabr. ʒ. ß. — ff. pro tem. exhibend. regimine. —

Post purgationem aeger sumet per x dies mane balneum domesticum, et ab exitu balnei in lecto collocabitur, ubi juscul. pull. ut supra refrigar. sumet. si somnus desierit syr. papav. alb. exhibebitur: -

Finito usu balneorum puer iterum purgabitur et dein lacte caprin. aut vaccin. ebutyrat. integro utetur per mensem et ultra. si macies maxima fuerit, paulatim augebitur lactis dosis, donec lacte tantum vescatur, verum ne lac acorem in primis viis contrahat, coral. ante haustum lactis ana gr. xii. exhibere oportet. si macies a debili stomacho, cibos coquere non valente, procedat, diaeta instituet, ut in 1o casu et puer statim sic purgabitur. — —

℞ senn. mund. et rh. Contus. @. ʒ. ʃs. sem. Contr. et summit. absynth. min. @ pii. Coq. in aq. f. l. q. in Colat. et express. ℥iii. dissolve mann. Calabr. et syr. de chicor. Compos. @. ℥ii. ft. pro Cap.

Exhibitâ purgaoe, aeger sumet p. Bid. mane jejuno ventriculo, syr. de chicor. Compos. ℥i. syr. de absynth. ℥i. rh. Contus ℈i. aq. chicor. Cochl. i. vel ii. quo facto parum purgabitur, et si saburra Copiosior in sthomacho lateret, adderent tart. stib. gr. iii. elapsâ die unâ a purgaoe, quem exhibebitur pulv.

℞ Limat. ferr. rubiginos. gr. viii. et ocul. Canc. fluviat. et Corall. rubr. pp. et pulverat. @. gr. x. sal. absynth. gr. vi. ft. pulv. ad usum. —

Sumet hunc pulverem manè jejuno sthomacho, juleplum refrigerans exhibendo alternis diebus, pulveri adderent diagrid. gr. vi. et ne usu hujus remedii motus sguinis nimis intendat, assumet p. Bid. juleplum pull. refriga. p. alternum Bid. pulverem, dein p. Bid. sumet iterum jusul. et sic vicibus — alternis pulverem nonies sumet manè jejuno ventriculo, — syr. de chicor. Compos. cum syr. de absynth. et rh. pulva. ut supra, qbus ita peractis si inappetentia sit, pueri hac infusione pro potu utatur. —

Cap. xxix. pag. 198. } Curao
De tumoribus strumosis

vix remedia salubrando strumis prosunt lenientis potius — aetatis et temperamenti mutaoe qm remediorum vi, nec ideo — negligenda Remedia, et ne vitiosa sguinis Constitutio mala graviora afferat, imo radicitus auferri ut morbus incipiens et mitis adhuc, idcirco si unicus sit tumor in Collo, aut aliis —

ptibus, a nervis tendinibus, vasisque sensibilibus remotis, eum auferri oportet, ne humor ibi depositus a sanguine, morâ ulteriori exaltatus, massam humorum magis inquinet, verùm si plures simùl tumores nascantur, aut tumor manum vel circa ossium articulos sit, topica ipsi admovere, minimè proficuum est. si tamen aliqua admovere aves est in principio praesertim ad tumorem depellendum, ea resolventia mitia sint, ut emplastrum de mucilagine, cum emplastro de vigo cum mercur. quadruplicato, diabotanum, emplast. de cicutâ, de sulphure, alia resolventia fortiora cautè sunt admovenda, ne lues scrophulosa in tumore latens et veluti sopita in actum deducta, gravior evadat, et tumor suppuratus, quod saepius accidit, ut jàm signa suppurationis apparent, illicò est aperiendus, et via mat. extrahenda et lavenda, ne ipsa diutiùs intùs morans, ossa vicina rodat, aut sinus in carnibus efficiat, tunc dato puri sat amplo exitu, ulcus detergere oportet, donec natura viribus, sanguinis constitutione emendata lic[illegible] soluta contingat si caries fuerit, patienter expectandum, donec pars ossea cariosa acciderit, quo facto, vulnus paulatim sanabitur, unguento suppurativo, balsamo arcei mundificativo de apio; si labia dura et callosa sint, balsamum calcinatum vel viride imponatur, et si sinus fuerint ob situm situm non facilè aperiendi, injectione vulneraria ab absynth. scord. centaur. min. aristoloch. aliisque similibus detergantur. verùm ne gravius ulcus fiat, vel ut tumores citiùs curentur, vitium sanguinis remediis internis corrigendum, et in primis diaetam convenientem praescribere, in quâ praecipua curationis pars consistit. quoniam aer sanguinis melioris indolis efficietur, diaeta vero plenior erit,

qmqm febris Iterum fuerit, si tu ob suppressionis copiam alian causam magis auendatis, medica est instituenda, donec febris remiserit, modica cibi ague utatis, a plenior victus, vasa infarciret, et impuritates forsan produceret, cibi vo' deligendi sunt boni succi, et facilis coctionis, ut offae, panatel. carnes junior. animal. assatae et elixae aromatibus aeris condita, ut et salsa, piperata, cruda acida caute vitanda, ne ab eor. usu sanguis ulteriorem vis aciditatem acquirat, et acrimoniam. ab usu vini se abstineat, exercitia fortia fugiat, sicuti aerem frigidum humidum et nebulosum, diaeta sic instituta a puers ic purgabitur. —

℞. Senn. mund. ʒi ß rh. Cont. ʒ ß. epithim. incis. ℈i. sal. tamarisc. ℈i. in decoct. polypod. querc. ℥. v. infundat. et Expressi dissolve mann. Calabr. ℥i. ß. pro

℞. aquil. alb. sublim. @. gr. iv. cum trocho— lonson. ros. ff. bolus deglutiend. superbibendo potum superiorem.

Si saburrha in stomacho abundaret. tart. stibiat. gr. iii. ā iv. addi posset. evacuata primar. viarum saburrha, sequens juculum per ✕ dies sumend. praescribetur. —

℞ rad. cichor. et borrag. @. ℥i. enull. campan. ℥ ii. rh. Contus. in nod. suspens. ℈i. coq. per hor. i. in juscalo pullor. junior. add. deinceps fol. agrimon. et scolopendr. @ m. i. bulli per. hor. 1/4. colet. et exprim.

Finito jusculor. tempore et puro repurgato, sequens opiata per dies ✕ sumenda parabitur.

℞. croce. mart. aperient. ʒii. senn. mundat. et.

Rh. pulver. ā. ℥i. ethiop. mine. sal. absynth. et jacap. ʒii.
Cinnamom. gumm. amoniac. et diagrid. ā. ʒß. redigantur om.
in pulv. et cum s. q. syr. flor. persicor. f. opiata, ad ℥ii.
Sumenda, supra bibendo jusculum pull. junior. fol. nasturc.
aquat. alteratum, et deambulet ut mos est. —

Ne ab usu opiatae singulis diebus assumptae, motus sanguinis
nimis intendatur, per triduum assumet, et uno die quiescet. et
iterum per triduum cavitur finito opiatae usu prius repurgabitur,
et deinde per x. dies mane sori lactis vaccini, ovi albumine
clarificati, et Sacchar. Candid. s. q. edulcorati haustum sumet,
cui succ. chaerefol. depurat. ℥i. additur. quo assumpto jusculum
Cancri fluviatilis convenire poterunt sic. —

℞. pull. junior. exenterat. cujus venter repleatur
hord. mund. m. ß. q. sem. frigid. maj. mundat.
ʒii. amigd. dulc. excortic. par. v. Coq. et despuma
in aq. fervent. s. q. per hor. mediam. add. dein —
Cancror. fluviat. in aq. fervent. extinctor. et in
mortar. marmor. Contus. par. iii. fol. borrag.
buglos. et chaerefol. ā. m. ii. bull. per hor. ½.
Colet. et exprim. Cap. agr. —

assumptis Cancror. fluviat. jusculis per tempus notatum, et
iterata prius purgante, ptyzana sudorif. parabitur. sic. —

℞. sals. pari. incis. ℥iii. lign. sanct. minut. sect. et
saxafr. contus. ā ℥i. Coq in aq. font. lb. xii. usq;
ad 4a partis consumpt. Col. et exprim. —

Sumet qualibet die hujus decoct. haustus iii. mane, unum,
alterum post prandium, et 3um hora somni. continuabitur.
per mensem et ultra, et bis in hepdomada sumet ante 3um
haustum

haustum styrace, aquil. alb. ♁ athy op. mixa. gr. x. purgao instituta in medio et in fine, ? ratatis ricuans institutis, ut maj. π novo luti fiat sanguinis depurao. his oib. supra praescriptis eo ordine factas, — patienter expectare oportet; si irrita fuerint, ut aetatis et temperam. mutao, sanguinis vitium corrigat, et tumores sanentur, quapropter purgaoem tum interdum praescribere: longiori enim remediorum usu, morbus hic adeoq, ingravescit, qui et se mitescit et penitus evanescit, mutata humor. constitutione. verum si suppurao ita sit ut pus magnopere sanguinem inquinet, et febriculam ad marasmum tendentem pariat, tunc lac asininum praesertim confert, cui sthomachus pueri, paulatim assuefactus, maj. dosim ferre poterit, ideirco paulatim ejus quoq. dosis — augebitur, donec huc fuerit ventum, ut lacte, pro omni cibo vescat. nec alius ē modus praestantior sanguinis reparandi marasmum et mortem praecavendi. —

Curaoum
finis



Index Capitum
mtor. pueror.

jndex Capitum
mborᵗ puerorum.


finis



Index Curaõum
morbor. puevor.

index curationum morborum puerorum

finis



index observaõum
morbor.ᵉ puerorᵉ

observaõum
finis






DISSERTATIO
DE
FERRI USU ET ABUSU
IN MEDICINA.

CUJUS VERITATEM, DEO DUCE & Auſpice Dei-parâ, in Auguſtiſſimo Monſpelienſi Apollinis Fano propugnabit ab horâ octavâ ad meridiem, die mensis Junii anni 1736. PETRUS PONS Ægidienſis Diœceſis Nemauſenſis, Artium Liberalium Magiſter, jam dudùm Medicinæ Alumnus, & Univerſitatis Conſiliarius.

PRÆSIDE

ILLUSTRISSIMO VIRO D. D. ANTONIO MAGNOL Regis Conſiliario & Medico, nec non in almâ Monſpelienſium Medicorum Academiâ Profeſſore Regio digniſſimo, ac in Seneſcalli, & Præſidiali Curiâ Comite Honorario.

Pro primâ Apollinari Laureâ conſequendâ.



MONSPELII,
Apud FRANCISCUM ROCHARD, Regis ac Univerſitatis Typographum unicum.

M. DCC. XXXVI.



R. R. D. D.
PROFESSORES REGII.

Illuſtriſſimus D. D. Franciſcus Chicoyneau, *Cancellarius & Judex, Regi à Secretioribus Conſiliis Archiatrorum Comes.*

DISPUTATURI.

R. D. Franciſcus Chicoyneau, *Cancellarius & Judex, Patris Coadjutor.*
R. D. Joannes Bezac, *Decanus.*
R. D. Petrus Rideux.
R. D. Henricus Haguenot.
R. D. Jacobus Lazermes, R. D. Bezac, *Coadjutor.*
R. D. Gerardus Fitzgerald.
R. D. Euſtachius Marcot, *Regis Medicus perpetuò Ordinarius.*
R. D. Antonius Fizes.
R. D. Franciſcus Sauvages de la Croix, *R. D. Marcot Coadjutor.*

DOCTORES ORDINARII.

M. Nicolaus Fournier.
M. Petrus Guiſard.
M. Claudius Chaptal.
M. Carolus Serane.
M. Petrus Magnol.
M. Antonius Lauſel.
M. Jacobus Cros.

ILLUSTRISSIMO

VIRO

D. D. EUSTACHIO

MARCOT.

REGIS CONSILIARIO

ET MEDICO PERPETUO ORDINARIO.

UNIVERSITATIS MONSPELIENSIS

PROFESSORI REGIO

MERITISSIMO

PRACTICO EXPERTISSIMO

FELICISSIMO.

REGIÆ SCIENTIARUM

ACADEMIÆ SOCIO.

PATRONO SUO

ET

COGNATO.

Laborum primitias

D. D. D.

PETRUS PONS

Ægidienſis,



DISSERTATIO
DE FERRI USU ET ABUSU
IN MEDICINÂ.



CTURUS de Ferri, ac eorum, quæ ex illo parari solent, remediorum usu & abusu; quænam sit hujusce metalli, atque ex eo præparatorum natura, & indoles, priùs inquirere, operæ prætium duxi; hinc enim verus eorum agendi modus clariùs innotescet, quibus-ve proficere, aut nocere poterint, faciliùs judicabitur, quippe quæ præter bonos, quos in corpore usus præstant, illa plura quoque mala perpetrare, ii persæpe experiuntur, qui hisce medicaminibus inconsultò uti solent: verum ut quæ de illis dicturi sumus, clariùs pateant, quædam de metallis in genere præmittere juvat; itaque hanc Dissertationem quinque Paragraphis comprehendemus, quorum primus erit de metallis in genere. Secundus de Ferri naturâ & medicamentorum, quæ ex illo parantur. Tertius de eorum virtutibus & agendi modo. Quartus de illorum usu legitimo. Quintus de eorumdem abusu.

PARAGRAPHUS I.

De Metallis in genere.

I.

METalla numero ſex, corpora ponderoſiſſima ſunt, compacta, igne fluentia, ductilia, atque malleabilia : quorum duo, aurum nempe & argentum perfecta ; ferrum verò cuprum ſtannum, & plumbum imperfecta dicuntur.

I I.

Metalla ex terrá *vitriſcibili*, atque ſubſtantiá inflammabili omnia componuntur ; quippe deſtructis metallis, nihil prætet terram remanet in vitrum facilè convertendam, cui ſubſtantiá inflammabili de novo additá, metallum reviviſcit, ſeu quæ metalli proprietates deperdiderat, terra, eaſdem exinde iterum recipit. (*a*) Quæque de metallis imperfectis, ut pote tractabilioribus imprimis intelligenda ſunt.

I I I.

Subſtantia inflammabilis, quam illuſt. *Stalh Phlogiſton* vocat, eadem in omnibus metallis eſt, ex eodem enim plantarum oleo, aut eadem animalium pinguedine, nam ſulphur minerale minus aptum eſt, cum terrâ convenienti metalla omnia generantur, deſtructaque reviviſcunt. Subſtantia hæc metallis pro-

(a) Memoires de l'Academie Royale des Sciences an. 1702. 1709. *& alibi.*

ducendis, destructisque regenerandis ex eo præcisè non inservit, quia inflammabilis est; tantum enim abest, ut radii luminis, qui omnium corporum caloris, ac inflammabilitatis principium & causa sunt, metallorum partes essentiales fuerint; quin contra iis speculi ustorii ope collectis destruuntur, atque terra, quæ remanet, in vitrum abit.

I V.

Cùm substantia inflammabilis ex terrâ peculiari pingui & particulis igneis, à quibus ejus inflammabilitas dependet, essentialiter composita sit, parte igneâ ad metalla efformanda atque regeneranda nullatenus aptâ, metalla ex terrâ pingui, quam *Becherus* in Physicâ subterraneâ secundam terram vocat, pondus, malleabilitatem, ductilitatem, tandem formam habere consequens est.

V.

Terra, alterum metallorum principium, *vitrificibilis* est, pro variis metallis diversa: ex quâ aurum componitur in vitrum abit auro levius. Argentum mediante antimonio, uti aurum in vitrum mutatur. Ferrum parte oleosâ exutum massa *regulina* est frangibilis, ac friabilis antimonio, colore haud absimilis. Terra cupri rubra est, friabilis, quæ pulverata à cinnabari antimonii parùm differre videtur. In stamno terra cristallina est, difficilè fusibilis, quæ in crystallos acicularum instar acutas & aculeis asperas mutatur. Plumbo destructo, substantia *foliata* aut *talcosa*, talci ad instar remanet mollis tactui lævis, pellucida, variisque coloribus distincta, quæque in vitrum abit per laminas, sicuti venetarum talcum dispositum

læve colore flavo-viridi , & variis in punctis subrubro. (*a*)

V I.

Quoniam substantia inflammabilis in omnibus metallis ejusdem indolis fuerit ; metalla nisi per terram inter se essentialiter differre , consequens est ; quibus ab invicem distinguendis , substantiæ inflammabilis cum diversâ terrâ , mixtio non parum inservit ; quippe cùm pro variâ metallorum terrâ , substantia inflammabilis variè permiscenda atque connectenda sit , diversa composita ex eorum mixtione efformanda fore , nemo non videt.

V I I.

Verùm cum Clariss. *Stalh* omnium Chymicorum facilè principe „ dissimulare nullo modo debemus „ quod specificatio aliqua planè peculiaris adhuc „ subsit , quæ ita accuratè , & luculenter exprimi non „ potest , quæ nempe generalem illam *vitrificibilem* „ substantiam ita determinat , ut accedente *Phlogisto* „ hæc maximè species metalli , non verò altera enascatur , cui rei , ut satisfaciamus , agnoscimus sanè , „ & confitemur liberè , quod altior quædam diversitas , & intimior aliqua *mixteria* differentia inter „ terras hasce intercedat , quæ in terrâ quidem *martiali* (mediante *Phlogisto* in ferrum perficiendâ) colorem ruffum , effectum stypticum , fusionem vitream bruno - nigram producat in terrâ *venereâ* „ (quæ cum *Phlogisto* in cuprum concrescit) colorem „ è flavo-brunum effectum plus minus septicum , fusionem hyacinthino-viridescentem. In terra *Saturnia* colorem pallido-flavescentem , saporem cum

(*a*) Memoire de l'Acad. *ibid.*

„ falibus dulcefcentem , fufionem flavo gramineam, „ aut à diaphano-rubellam inferat. Unde concludit „ ille in rebus medicis, quàm chymicis, non minùs „ verfatus , omnes quicumque de ipfo loqui infti- „ tuunt, vix aliter, quam per fomnium & tamquam „ phantafma quoddam fenfus eludens agnofcere. Ita *Clar. Stalh in obf. Chymico-phyfico-medico. cur. menf. Septembr. cap. 6.*

VIII.

Plura cum metallis faltem imperfectis, corpora extranea permixta funt; ex illis quædam cum eorumdem terrâ ita naturaliter connectuntur ut ad peculiarem horum naturam multum conferre videantur, illa enim pro variis terris diverfa funt. Vide Clariff. *Stalh ibid. cap.* 5. Utrum corpora illa ad metallorum faltem imperfectorum genefim inferviant, hìc inquirere locus non eft: quidquid fit, ab iis metalla illa præcipuas fuas vires habere eò verifimiliùs videtur quòd iis libera, aurum nempe & argentum, ad medicinam fortaffe minimè apta funt, ea verò quæ illis magis abundant, quale eft imprimis ferrum ad varios è corpore morbos depellendos plurimùm valeant.

IX.

Dixi metalla perfecta ad medicinam fortaffe inepta fore, aurum enim non fulminat, nifi quia aquâ regali in partes tenuiffimas erofum eft, argenti cryftalli, & ipfe lapis infernalis à nitro hujufce metalli partibus integrantibus adhærefcenti fuas vires deducunt; unde patet, quæ de auri & argenti tincturis jactitant *Alkymiftæ*, non ab ipfis metallis fed ab adjunctis corporibus pendere, ac proinde non valde mirum futurum effe, fopitas partium folidarum ofcillationes illis exfufcitari, atque humorum lentè progredientium mo-

tum intendi ; tincturæ illæ menstruis salinis vel corrosivis, aut aliis substantiis acribus , vel volatilibus plus vel minus turgent.

X.

Hæc est vera metallorum compositio , de illâ tamen illustr. *Boerhaave* aliter sentire videtur. *Recentiores* , inquit ille, (a) *suis innixi experimentis*, *ubique & in analysi & compositione metallorum loquuntur de terrâ*, *eâque quidem vitriscibili*, *quæ stabilem daret metallis basim : Verumtamen puto non respondere terram , quam ita de metallis educi statuunt*, *veræ* , *nec nomen terræ sensu acurato mereri* , *enim verò elaboravi ipse* (Boerhaave) *quam plurimum hac in re* , *neque talem ibi terram detexi hactenùs . . . ubinam quæso* , pergit ille , *terram in iis deprehendi ? an in calcibus horum ? sane omnes hæ vera metalla manent* , *licet verò insipida calx* , *tenuis* , *inodora* , *aliquando & tritui parens sit* ; *tamen igne* , *apposito pulverum*, *quos reducentes vocant*, *aliisvè artificiis pristinam formam recipiunt : Qui ergò calces pro elementali accepisset* , *terrâ* , *ille eodem jure levibus hisce artibus terram posset in metalla* , *quoties vellet* , *convertere* ; *quin etiam metalla* , *ita calcinata per ignis efficaciam* , *aut per corporum quorumdam admixtorum virtutem in genuinum vitrum mutantur* , *quod de simplici* , *sincerâque terrâ dici vix posse* , *quisque peritus facilè scit.*

XI.

Ideò ergo clari *Boerhaave* metalla ex terra non componi existimat , quia , ait ille , metallorum calces vera metalla manent ; Itaque si Metallorum calces, naturam nullatenùs retinere probatum fuerit , eas non metalla , sed veram terram fore , ex quâ metalla componuntur , evidens erit : atqui in quas

(*a*) Element. Chim. T. 1. de terra.

metalla ope ſpeculi uſtorii reducuntur, calces, nullas, quæ componebant, metallorum virtutes retinent. Metallorum, quibus ab omnibus aliis corporibus diſtinguuntur, pondus malleabilitas, ac ductilitas ſunt at verò calces illæ, neque quæ componebant, metallorum pondus habent, neque malleabiles, neque ductiles ſunt, ac proinde metalla non manent.

XII.

Præterea num ex qua cum lini oleo fit ferrum, argila terra eſt? non quidem in igne fixa, ſed fluxilis; nam pace tanti viri, quam de terra definitionem tradit, minus legitima videtur; præter illam, quæ in igne fixa eſt, quæ ideo *calcaria* vocatur; datur & altera, quæ in igne fluit, atque *vitriſciblis* dicitur, quia in vitrum abit, & ex quâ metalla componuntur.

XIII.

Nec dicat clariſ. *Boerhaave* metallorum calces terram non fore, quia igne, appoſitu pulverum reducentium, aliiſque artificiis priſtinam formam recipiunt, nam mecum clar. *Boerhaave* ſupponat velim ex terrâ & aliâ ſubſtantiâ metalla omnia componi atque ex illis unâ diſſipatâ, nihil præter terram remanere, an diceret quod ex deſtructo metallo remanet, terram non eſſe, quia ei de novo additâ alterâ quam deperdiderat, ſubſtantiâ, in metallum primum reducitur? non certè. Ergò etiamſi metallorum calces plantarum oleo aut animalium pinguedine, pulveribus reducentibus aliiſve artificiis primam recipiant formam, inde terram non fore malè concluderetur.

XIV.

Sed quid in illis ſtabiliendis diutiùs immoramur?

num *Helmontius* ferrum conſtruxit? num illud *Becherus* ex limo & oleo lini effinxit ? num clariſ. *Stalh* in præparando ſpiritu vitrioli idem contigit? num *Joan. Auguſt. Hermann* ſimilia expertus eſt, cum ſpiritum ſalis ex alumine & ſale *Ludovici* methodo pararet ? num hac tandem pluries facta leguntur in actis Regiæ ſcientiarum Academiæ Pariſienſis; ſed hæc de metallis in genere ſufficiant.

PARAGRAPHUS II.

De Natura Ferri & Medicaminum quæ ex illo parantur.

I

FErrum rariuſque multò chalybs è terræ viſceribus extrahuntur. Quæ è ferri fodinis eruuntur, niſi repetitis calcinationibus ac fuſionibus, corporibus extraneis ſejunctis atque ſubſtantiâ inflammabili additâ in ferrum non abeunt, hinc terra propria unà cum ſubſtantiâ illâ oleoſâ vel pingui ſimul unitâ, ferrum plus vel minus purum efformat.

Ex iis patet quæ cum è ferri fodinâ extractis magnete ad fodinarum bonitatem, imò & earum naturam detegendam, tentantur experimenta, parum tuta ac perſæpè inutilia eſſe.

II.

Terra ex qua ferrum componitur ſtyptica eſt, cum ea diſtillata ſal acidum fundat, ipſa quoque ferri Scobs ſi per aliquot tempus in aqua ebullierit; deinceps filtretur,

filtretur, lentoque igne factâ evaporatione, cryſtalli habentur vitriolicæ. Tandem per quoddam tempus aquæ immerſum ei ſaporem vitriolicum conciliat. Ferrum ergò præter terram & ſubſtantiam inflammabilem, ſalia acida vitriolica continet ex ſubſtantia inflammabili fortaſſe, ſed ex terra quo ad majorem partem prodeuntia. Terra hæc non modo in omni lutoſo & argilaceo fundo diffuſa eſt, ſed etiam plerarumque frugiferarum glebarum maximam partem conſtituit. Unde rationem habes, quare in omnibus ferè regionibus ferrum facilè paratur; quare in animalium ac plantarum cineribus quam pluries reperitur; exuſtis enim hiſce corporibus, eorum ſubſtantia pinguis vel oleoſa, ſi quæ in illis cineribus fuerit, terræ propriæ unitur quæque in moleculas ferreas abit, ſi non viſu, magnete certè detegendas.

III.

Ferri pars inflammabilis ab aliorum metallorum ſubſtantiâ oleoſâ vel pingui ad ſummum quantitate differt; quare verò in ferro quàm in aliis metallis copioſior fuerit; fortaſſe, quia in ferri fodinis hæc ſubſtantia magis abundat, ac in hujuſce metalli compoſitionem majori quantitate inſumitur, atque terræ illi faciliùs adhæreſcit: quidquid ſit; ex iis facilè intelliges, quare ferri ſcobs ad candelæ flammam accenditur; cur ferrum, quò ſubſtantia illa magis abundat, eò faciliùs & fortiùs incaleſcit. Hinc etiam calybs cùm æquali ſulphuris quantitate, aquâ additâ, ut inde mixtura leviter humeſcat, ferro faciliùs & multò magis incaleſcit, & paulò poſt æſtuat, unde terræ motûs cauſæ & theoria deducuntur.

IV.

Ex quibus ferrum componitur ſubſtantiæ ità inter

ſe cohærent; ut in partes integrantes hoc metallum non ſolùm dividi poſſit, ſed etiam ejus ſubſtantiis componentibus ab invicem facilè ſejunctis, totum deſtruatur.

V.

Ferrum ergo metallum eſt omnium imperfectiſſimum, quod ex terrâ propriâ, acidis vitriolicis plus vel minùs refertâ cùm magnâ ſubſtantiæ inflammabilis quantitate componitur.

VI.

Chalybs ferrum perfectius eſt, à quo non eſſentialiter, ſed accidentaliter differt. 1°. " Color, qui in ferro „ pallidior, in chalybe verò ſaturatior & ad nigrum „ vergens eſt. 2°. Ferrum laxius, flaccidum, facilè flexile & veluti molle eſt, chalybs autem denſior, durior, renitens, & reſiliens ab inflexione. Inſuper „ ferrum valdè citò fragile, & paucis flexuris reciprocis ruptile eſt, chalybs tenacior & tractabilior. „ 3°. Denique ferrum diffractum craſſiuſculis veluti „ granis aut *foliaceâ* texturâ in craſſitie ſui cohæreſcere videatur; chalybs verò tenuiter admodum, & teneris ejuſmodi *foliolis* coagmentatus appareat. Ita clariſ. *Stalh* in obſer. ch. phyſ. med. cur. menſ. Jan. cap. 2. Sed hæc ſufficiant de ferri ipſiuſque chalybis naturâ, jam de iis quæ ex ferro parantur medicaminibus.

VII.

Nec ferri crocos, nec ejus ſquamas, quas ferri *batituras* vocant, nec *ſtomama* ſeu ſcorias vitreas neque ulla ex ferro reſidua aqua fortis, etiam concentratiſſima attingit quidem amplius, ut docente clariſ. *Stalh* (*a*) experti ſumus. Ita etiam nec eoſdem cro-

(*a*) Ibid. cap. 1.

cos, nec martis flores, nec ejus ſal, nec alia ex illo præparata magnes ullatenus attrahit, quæque experimenta magnete, egimus, quem Princeps Senatûs Monſpelienſis Illuſtriſſimus Bon pro ſua Humanitate commodabat, quibus rerum Phyſicarum vir ille ſemper amantiſſimus interfuiſſe non dedignatus eſt. Cùm autem aqua fortis *martialia*, parùm aut nullatenùs attingat, atque magnes ea non attrahat, inde ferri, *batituras*, *ſtomama*, crocos, & alia ex illo parata ferrum non eſſe, conſequens eſt, ac proinde fuſionibus, diſſolutionibus & humefactione ſimplici, hocce metallum deſtructum fuiſſe.

VIII.

Quid ergo eſt, quæret aliquis, quod ex ferro remanet? an terra, an ſubſtantia inflammabilis? quænam eſt ejus natura & indoles? terram ſupereſſe extra dubium eſt, quippe ſi ſubſtantia inflammabilis ipſi detur iterùm, quod tibi facilè ſuccedet, ſi crocum, aut ſcorias, aut ſquamas cùm carbonibus contuſis per aliquod tempus igni torrueris, quod enim ex illis exurgit novum compoſitum, magnes attrahit ' ſeu deſtructum illud metallum regeneratur.

Verùm terra hæc acidis vitriolicis ſpoliata non eſt: *Perinde*, inquit clariſ. Bohnius (a) *ac ex croco cum corroſivo extrinſeco facto per aquæ affuſionem, digeſtionem, ac cryſtalliſationem aliquid vitrioli evocatur*: *ita ex illo qui cum aqua inſipida paratur, idem expectandum, modo hujus quantitas notabilis, aquæ infundatur. Sic enim infuſum hoc filtratum non tantum vitriolicum planè ſaporem linguæ imprimet; ſed ad pelliculam evaporatum cryſtallos vitriolicas exhibebit, exilioris quidem quantitatis, evaneſcentibus*

(*a*) Diſſert. Med. de medicament. Chym. & Galen. præpollent. dubiâ.

forsan & expulsis sub evaporatione sibi intertextis volatilioribus vitrioli hujus moleculas, quæque nos ipse pluries experti sumus, *quod posterius vel hoc innuit, dum limatura martis v. g. in crypta subterranea humectata, si post aliquot septimanas ex retortâ distilletur tantum liquoris aquei vitriolum redolentis & cum decocto gallarum nigricantis fundat.*

Ex dictis colliges ferri *crocos* terram fore acidis vitriolicis plus vel minùs refertam. Jam si quæras, quo mechanismo illa vitrioli species efformetur? Sal acidum, quod juxtà eundem *Bohnium* sal constitutivum seu integrale martis est, per aquam solutum, vel ab igne in fluorem redactum, in ferrum agens ejus terream & inflammabilem substantias sejungit, quodque, destructo metallo, sui juris magis factum unâ cum terrâ *crocum* & vitriolum constituit.

Quid ergo de substantiâ inflammabili actum est? partim avolavit, unde *crocus* martis aperiens, quàm ferri scobs minorem flammam concipit, *crocus* verò astringens & ipso ferro & *croco* aperienti multò minùs accenditur. Tandem quod ex substantia illa inflammabili restitat, à parte terrea ita sejunctum fuit, ut unum, idemque corpus, seu ferrum non efformet amplius.

PARAGRAPHUS III.

De ferri & ex eo præparatorum virtutibus, ac agendi modo.

I.

FErrum æque ac ex illo parata medicamina, vasa obstructa reserant, aperta claudunt, suppressas

evacuationes reſtituunt, nimias ſiſtunt, laxatas partes firmant, roborantque; tandem, ubique partium, eorum operâ, reſtituto humorum circuitu, corpus morbis pertinacibus liberatur, atque ſanitate potitur. Unde tot tantæque proprietates? quo mechaniſmo effectus æque diverſos hæc medicamenta præſtant? an quia partibus aſtringentibus, ac reſolventibus ſimul componuntur, quibus, prout indicatum fuerit, ſolida aſtringuntur, atque humores reſolvuntur? Verùm quo genio ubi humoribus effluxuris vaſorum exitus impediendus, aut partes laxatæ firmandæ ſunt, partibus reſolventibus penitùs otioſis, aſtringentes dumtaxat ſuas vires exerunt: quave ratione reſolvendo tantummodo agunt, quoties humores incidendi, aut vaſa reſeranda futura ſunt? num hæc ut pote planè oppoſita facilè deſtruerentur; ſeu ab incidentibus diviſa, aſtringentibus plus vel minus concreſcerent, vel jam concreta ab incidentibus diſſolverentur.

I I.

Alii dicent ferrum, atque *martialia*, ſi pauca excipias, ex naturâ ſuâ incidentia ſunt; ideo autem aſtringunt, quia humores, aut ſalia quibus partium ſolidarum, aut fluidarum cohæſio plus vel minus ſoluta eſt, ſuis partibus terreis abſorbent; unde non niſi pro datâ occaſione aſtringentia ſunt.

I I I.

Ferrum & ex illo parata medicamenta partes terreas continere, humoribus ſeroſioribus, ipſiſque ſalibus acidis abſorbendis aptiſſimas, jam probatum fuit: at illas inſufficientes fore, vel leviter attendenti patebit; ideo humores ſolvuntur, ſeu ex quibus componuntur globuli levius inter ſe cohærent,

vel quia debilitatâ vaſorum vi *ſyſtalticâ* minus premuntur, vel quia ab interpoſitis aliis partibus fluidioribus ab invicem ſejunguntur, ſejunctique manent: ergo ut primam conſiſtentiam recuperent; ſi à vaſis debilitatis reſolutio dependeat; vaſa hæc prius firmanda, roborandaque ſunt, quod profectò *martialibus* abſorbendo non obtinebitur. Ita etiam ſi ab exuberantibus partibus ſeroſioribus humores reſoluti fuerint, non minus imparia erunt: Et quidem quænam, amabo, ferri, aut medicamentorum martialium dragmas aliquot, uncias ſi velis, inter & tantam humorum ſeroſiorum quantitatem proportio? parva certè, ne dicam, ulla eſt.

I V.

Quo ergò mechaniſmo ferrum totâ ſubſtantiâ exhibitum, aut ex illo varia parata medicamenta interiús aſſumpta vaſa obſtructa aperiunt, aperta claudunt, laxatas partes firmant, alioſque oppoſitos inter ſe producunt effectus? varia ex ferro parata medicamenta ferrum non ſunt, ſubſtantia inflammabilis à terrâ ſejuncta aut in auras avolavit, aut adhuc cum terrá, prout metallum illud variè tractatum fuit, majori vel minori quantitate admixta manet, quin tamen unum idemque corpus efforment, uti probavimus ♯. præcedenti, ferrum quoque ipſum ubi interiùs aſſumptum eſt, totum deſtruitur, uti infrà dicturi ſumus: ergo non ferri partes metallicæ hos varios effectus præſtant, ſed quæ ex illo pars terrea vitriolica ſuperſtes eſt, quibus etiam inflammabilis, ſi quæ ſuperfuerit, aliquatenùs concurrit.

V

Et quidem ferri pars terrea ore aſſumpta & ingeſ-

ta ut pote vitriolica ventriculi atque inteſtinorum fibras pungit, irritat, ſtimulat, atque eis ſic aliquoties adhæreſcit, ut in cadaveribus *martis croci* aſſumpti, infixi reperti fuerint (*a*) quæque ut ſeſe ab iis quibus moleſtantur, corporibus, liberent, illæmet fibræ coarctatæ tenduntur, tenſæque magis varios, validioresque motus agunt: Inſuper martialium partes vitriolicæ hiſce fibris infixæ veluti alia fulmenta eorundem motus ſuſtentant, firmant, adaugentque, unde debilitata ſolida primam tenſionem recuperant, atque validioribus, quas edunt, contractionibus, quibus eorum textus laxabatur, humores exprimuntur, & ab aliis, quibus iterùm debilitari poſſent, tutæ ſunt. Quæ de ventriculi & inteſtinorum fibris diximus, de vaſis ad quæ *martialia* pertingunt, intelligenda ſunt.

VI.

Ipſos etiam humores *martialia* afficiunt, ipſis permixta primæ conſiſtentiæ eis conciliandæ inſerviunt. Jam ſi quæras, quo mechaniſmo, illæ *martialium* partes humores fludiores denſant? fortaſſe, quia horumce humorum globulos ſuo pondere gravant, unde ad invicem aproximati plus vel minùs uniuntur, unitique manent: fortaſſe, quia eis humoribus interpoſitæ partes illæ vitriolicæ, per ſuas peculiares ſuperficies & figuras, eos ligant, efficiuntque, ut eorum globuli ſtrictiùs inter ſe cohærentes corpus firmius efforment. Quidquid ſit, id enim ſcire, parum ad medicinæ praxim confert. Verùm inde firmatis nimiùm laxis corporis partibus ſolidis, inminutâ vaſorum diametro, atque humoribus multò minus fluidis, earundem partium robur adaugetur, humoribus naturalis denſitas rurſum datur, ſiſtuntur ex-

(*a*) Panarolus Pentecoſt. 5. Obſ. 32.

cretiones nimiæ, atque juxta naturalis corporis œconomiæ leges abſolvuntur.

VII.

Martialia ut pote quæ partibus vitriolicis plus vel minus referta partes laxatas firmare, humores ſolutos denſare, nimias excretiones imminuere facilè certè intelligitur; verùm contrarios perſæpè effectus præſtant, humoribus quoque craſſioribus primam fluiditatem conciliant, ac præpeditas excretiones revocant, an ne hæc ab eadem cauſâ, ſcilicet terrâ *martiali* produci potuerint?

VIII.

Ita equidem, ſed ut hæc faciliùs intelligantur imprimis notetis, velim, humores fluiditatem deperdere. 1o. Si eorum partes fluidiores& aquoſiores diſſipatæ fuerint. 2o. Si ob validiorem vaſorum contractionem compactæ denſentur. 3o. Si vaſorum textu laxato, debilitatisque eorum viribus, humores in iis torpeſcant; inde veluti ſibi relicti eorum globuli ſubſidendo in corpus plus vel minus durum concreſcunt. Ferrum & ex illo præparata, niſi in tertio caſu convenire probabimus ff. ſequenti, ſeu ubi à vaſorum laxitate humorum craſſities dependet: & quidem hiſce medicamentis, debiles firmatæ partes ad motum expeditiores fiunt, earumque contractionibus, qui in eis torpeſcebant, humores valide premuntur, propelluntur que, atque eorum globulis minùs inter ſe cohærentibus,ad fluendum aptiores ſunt, recuperatâque primâ fluiditate ad vaſa uſque ſecretoria appellunt, in illis eò faciliùs ſecernendi, quòd iidem humores à ſubſequentibus validè propulſi, atque vaſa ſecretoria, firmiora facta, his humoribus recipiendis, excernendisque aptiora ſint; & ut paucis dicam, ideò medicamenta *martialia* fluidiores humores

denſant

denſant, eos in vaſis retinent atque ſecretiones nimias ſiſtunt, quia vaſa laxata firmant, & aperta conſtringunt; craſſiores verò, ſi fuerint, diſſolvunt, vaſa reſerant, ac præpeditas ſecretiones reſtituunt, quia eorundem vaſorum motum intendunt, aut ea ità diſponunt, ut magis tenſa validiores motus agere queant.

IX.

Quid ad ſalia vitriolica confugimus? num feri ſcobs etiam tenuiſſima metalli naturam retinet, quâ variis illis effectibus producendis aptiſſima eſt? & quidem ferri partes tenuiſſimæ in ventriculi & inteſtinorum fibras impingentes eas irritando tendunt, laxataſque firmant, ac aſtringunt; tandem humoribus permixtæ eos ſuâ mole & pondere ſolvunt, ac vaſa in quibus torpeſcebant, ſuccutiendo, ſi quæ ſint, obſtructiones tollunt, atque eorumdem vaſorum motus excitant & adaugent.

X.

Varia ex ferro parata medicamina hujus metalli naturam non retinere, ſeu ferrum non eſſe, jam probatum fuit ℔ præced. quæ ergo objiciuntur, de ferro puro & totâ, uti loquuntur, ſubſtantiâ, interiùs abſumpto dumtaxat accipienda ſunt: Verùm præter quam quod ferri ſcobs ſalia vitriolica continet, aſtringendo aptiſſima; ex quibus hoc metallum componitur, partes ita facilè ab invicem ſejungi poſſunt, ut vel levi datâ cauſâ deſtruatur: itaque eodem planè modo, quo ferrum aere humido, aut affuſâ aquâ in crocos mutatur ab illo totùm diverſos; ſic etiam in ore, ventriculi imprimis & inteſtinorum cavo tum ab aſſumptis liquidis, tum qui ex illarumce partium facie internâ indeſinenter ſtillant, ſeroſis humoribus maximè

alteratur ac penitùs destruitur, & eò faciliùs, quòd aquei illi humores utpotè qui rarefacti textui ferri subeundo aptiores sint; res ita se habere, seu ferrum in ipsis primisviis destrui, eò verisimiliùs videtur, quòd eosdem, ac *croci*, ferri scobs effectus præstet; præterea ad quantamcumque tenuitatem ferrum limâ reducatur insensibilibus vasorum lacteorum ostiolis subeundis impar fore, nemo haud scit, esto, ex ferro partes integrantes non nullæ in primis viis non destruantur; nonnè illæ utpote summùm graves ad anum usque decident, unà cum fœcibus excernendæ? aut si ad vasa sanguinea ac lymphatica perveniant, num ibi in sero calido veluti innatantes penitus dissolutæ totam naturam facilè deperdiderint? denique ex ferri usu maximè si per aliquod tempus exhibeatur, alvus quam sæpe supprimitur, an ex solis & repetitis à ferri particulis, intestinis illatis commotionibus, hanc astrictionem repetes? eas illi inducendæ insufficientes futuras esse, vel leviter attendenti patebit.

X I.

Varios, quos in corpore *martialia* medicamenta præstant usus, ex eorum terra vitriolica pendere jam probatum fuit: verùmtamen ferri pars inflammabils, ipsâque terra absorbendo suum symbolum conferunt. 1o. Substantia inflammabilis, ut pote quæ particulis igneis plus vel minus referta, humorum quibus cum permiscetur calorem & motum adauget, unde vasa magis distenta validiores contractiones edunt, quibus humores fluidiores densantur, & concreti solvuntur; verùm quia minimam, saltem quædam, ex *marte* parata; medicamenta hujusce substantiæ inflammabilis quantitatem continent; ideò ad varios, quos *martialia* producunt effectus, parum conferre existimamus: Ita quoque & terra serosiores humores absorbet, sed

tam minimâ quantitate, ut exinde qui ab exuberantibus partibus ſeroſis fluidiores ſunt, primam conſiſtentiam ex toto recuperare, impoſſibile videatur. Inſuper, num hæc *martialium* abſorbendi vis inutilis eſt, ſorte noxia ubi humores craſſi & jam indurati ſunt? nec dicant ſalia acida, quibus humores coagulatos ſupponunt, terrâ *martiali* abſorberi; eam quidem ſalibus in ſinu ſuo recipiendis, prout plus vel minus poroſa eſt, aptiſſimam cenſemus; ſed quæ de acidis humores noſtros coagulantibus paſſim dicebantur, ut pote quæ incerta, aut falſa obſoluere.

Ferrum, uti ex eo parata non internas partes tantùm ore aſſumpta aſtringunt, roborantque; externas quoque extrinſecus admota firmant, atque tum ſeri, tum ſanguinis excretiones ſiſtunt, tandem deſiccativa, ſtyptica & vulneraria tutiſſima ſunt, tot tantiſque experimentis comprobata, ut ulteriori probatione non indigeant.

X I I.

Omnibus ex ferro paratis medicamentis eadem aſtringendi vis non ineſt, plura etiam ex illis pro variis permixtis corporibus, multò plures alias qualitates habent, neceſſariò inter ſe diſtinguendas, ut eorum debitè ſelectus fiat. 1°. *Crocus* martis, quem aperientem vocant, illo minùs aſtringit, qui igne paratus fuit, cujus aſtrictio eò major erit, quò ferrum igne magis toſtum fuerit, unde vitrioli martis calx alba, cinereâ magis aſtringit, rubra verò ferè cauſtica eſt, *quò vero violentiore, magiſque diuturno agitur igne, eò hæc poſteriora in eo plus augentur, ut tandem cauſticus ferè evadat pulvis*, (*a*) 2°. Sal, vel vi-

(*a*) Clar. Boerhaave Operat. Chemic. part. 3. Proceſſ. CLXIV.

triolum martis, *crocis* magis aſtringens eſt. Acidis enim vitriolicis magis turget. 3o. Ferrum ſpiritibus acidis vel in aceto, aut alio liquore acido ſolutum, nam omnibus acidis facilè ſolvitur, ob admixta illa acida valdè aſtringet. 4o. Quod in vino ſolutum fuit, præter vim ejus ſtypticam ejuſdem vini partibus ſulphureis & volatilibus humorum rareſcentiam inducit. 5o. Cryſtalli tartari *chalybeati* vel *martiales*, vel tartarum *martiale*, præter aſtringendi vim, alvum quoque ſolvunt, aliaſque promovent excretiones pro evacuantium naturâ, quæ cum illis, aut aliis ex ferro paratis mixta exhibentur. 6o. *Mars Diaphoreticus* vel flores ſalis ammoniaci *martiales* non humorum motum tantummodò adaugent, unde ſudor perſæpè ſubſequitur; verum etiam mediantibus ſalis ammoniaci partibus volatilibus quas continent, partes *martiales*, ad ultimos vaſorum mæandros faciliùs adeuntes illa laxata vaſa tendunt, eorumque oſcillationes exſuſcitant, augentque. Plura alia ex ferro parantur, quæ cum in uſu minùs ſint, aut ab aliis parùm diverſa; ideò iis ſuperſedemus.

PARAGRAPHUS IV.

De Ferri & Medicamentorum martialium uſu legitimo.

I.

MOrbo non medeberis, niſi ejus cauſas priùs removeas; aut ſic immutes, ut corpus naturâ vel arte ſe ſe ab illis liberet: cauſæ illæ, etſi eoſdem ſimileſve effectus perſæpè inferant, ejuſdem, quan-

doque naturæ non ſunt ; variis proinde medicamentis alterandæ, imò & eliminandæ. Itaque ad cujuſdam affectûs curam ſe accingens, à quâ causâ antecedenti morbus oriatur, imprimis attendat, velim. Quoad verò externas cauſas, eas citò longèque removendas fore, nemo non ſcit. : cauſarum autem proximarum cognitio Medicorum ratiociniis, quàm ægrorum ſolamini multò magis inſervit ; hæ enim ſub ſenſus non cadunt, & ut plurimùm incognitæ ſunt.

I I.

Medicamenta *martialia* humoribus fluidioribus conſiſtentiam, craſſioribus fluiditatem dare, vaſa obſtructa reſerare, aperta claudere, partes debiles firmare experientia quotidiana docet : verùm quia naturalis humorum fluiditas, à variis cauſis prætermodum adaugeri, vel imminui poteſt, atque variis perſæpè qualitatibus infecti iidem humores vaſa obturant, aut per ea copioſiùs effunduntur ; ſicuti vaſorum elater à variis cauſis planè oppoſitis quandoque debilitatur ; itaquè ut ex *martialibus* medicamentis ægrotantes omnia optata emolumenta percipiant, de iis ſigillatim, ſed breviter diſſerendum duxi, ut cuinam ex illis oppugnandæ medicamina hæc magis idonea ſint, rectiùs intelligatur, ea enim nec obſtructis vaſis reſerandis, nec evacuationibus ſiſtendis, nec partibus firmandis, æquè conveniunt.

I I I.

Primò. Humorum naturalis fluiditas à debitâ vaſorum, in quibus continentur, preſſione, primùm dependet, hìnc ex quibus componuntur globuli debitè, ſed non ſtrictiùs inter ſe uniti, datâ causâ, vel ſibi ipſis relicti ab invicem plùs vel minùs facilè

fecedunt ; in eo enim fluiditatis natura fita eft. Præterea cum ex humorum partibus aliæ aliis faciliùs cohærentes, in corpus plùs, vel minus denfum abirent, nifi interpofitis aliis fluidioribus earum contactus præpediretur; ità quoque pars ferofa neceffaria eft, undè fuam habeant ferventque fluiditatem. Ergo humores naturalem fluiditatem deperdunt, feù denfiores fiunt, fi adaucta vaforum vi *fyftaltica* uti in morbis inflammatoriis videre eft, nimiùm premantur; vel prætèrmodum fluidiores, fi eorumdem vaforum elater debilitatus fuerit; ficut in chlorofi, & in febre malignâ quandoque obfervatur. Denique eorum fluiditas prætèr naturam adaugetur, fi partes ferofæ exuberent, vel iis defficientibus, denfantur, infpiffanturque.

I V.

Quæres nùm humores à causâ externâ interiùs affumptâ vel intrà corpus genitâ fluidiores fieri poffint; fic fentiunt omnes ferè *Pathologi* & imprimis Chimici : falia falfa, aiunt illi, ut pote quæ ad fermentefcendum inepta fuis partibus folidis, fcabrifque fuperficiebus quibufcum permifcentur, humores fcindunt, carpunt, divellunt atque fluidiores efficiunt; idem dicunt de venenis. Salia falfa humoribus folvendis apta futura effe non ambigimus, verùm quia hifce falibus humores rarò turgent, præterea ni in ipfis vafis efformentur, quod maximè incertum eft, fub eâdem quâ affumpta fuere, formâ ufque ad vafa fanguinea difficilè perveniunt. Infuper nùm illa falia humoribus permixta, in quibus includuntur, vafa pungunt, ac irritando tendunt, eorumque ofcillationes adaugent, quibus proindè humores magis atque magis denfantur.

Quoad verò venena cùm omnia acria atque corrofiva fuerint, ut ex rigore, convulfionibus, motibus

convulſivis & id genus aliis ſymptomatibus inferre licet, humoribus ſolvendis minùs idonea ſunt.

V.

Humores à quâcumque causâ fluidiores facti è ſuis vaſis ſaltem quæ iis inſunt tenuiora, fluidioraque facilè effluunt; unde alvi fluxus colliquativus, urinæ vel ſudoris copioſior excretio; hinc etiam ſanguinis per nares, alvum, urethram, vulvam &c. effuſio: verùm cave, ne in iis decipiaris; nam humoribus præter naturam non fluidis, imò & denſioribus; illæmet evacuationes perſæpè accidunt. Præpedito in aliquâ corporis parte, vel in viciniis humorum circuitu, qui appellunt, ad vaſa liberiora eò majori quantitate, & impetu feruntur, quòd in aliis iter magis præcluſum eſt; unde ſi quæ ſint adhuc patula excretoria, facilè effunduntur, aut ſanguinea, vel lymphatica vaſa dirumpunt. Quare autem effuſi humores, ut plurimùm fluidiores fuerint, vel ex vaſorum excretoriorum imminutâ diametro, vel ex diruptorum exiguitate repetendum eſt. Tandem, quod in humoribus ſtagnantibus tenuius eſt, exprimitur.

V I.

Martialia ergo medicamenta præſcripturus à quânam ex illis cauſis nimia humorum fluiditas, vel adaucta eorum excretio dependeat diligenter attendat. 1°. Si ab imminutâ vaſorum preſſione: verùm cum partium ſolidarum vires deficiant, vel quia partibus volatilibus humores depauperantur, unde lympha nervea minori quantitate à cerebro influente partium ſolidarum tenſio ſubſidit, earumque contractiones langueſcunt: vires etiam deficiunt, ſi exuberantibus in corpore humoribus ſeroſioribus

partium ſolidarum textus laxetur. Itaque ſi primùm, cum ferrum, nec ex illo parata medicamenta iis non conſtent partibus, quibus vires refici poſſint, tunc *martialia* inutilia fore vel leviter attendenti patebit.

Si ſecundùm, ſeù ſi ſeroſiores humores ſolidorum debilitatis cauſæ fuerint, modò non maximè exuberent, iis enim penitùs exhauriendis martialia inſufficientia ſunt, ad medicamenta hæc tanquam ad ſacram anchoram confugias, illis enim partium textus firmiori facto earumque adauctá vi *ſyſtaltica* vaſa reſerantur, & humores ex intimo partium textu expreſſi ad vaſa excretoria faciliùs multò pertingunt. Tandem humorum globuli undiquè validiùs preſſi magis inter ſe cohærent, atque prima humoribus denſitas certè conciliabitur.

V I I.

Secundò Si ab exuberantibus ſeroſis humoribus adaucta fluiditas dependeat, cum iiſdem humoribus abſumendis laxatiſque vaſis firmandis *martialia* ſint imparia; ideò priùſquam hæc medicamina exhibeantur, evacuantibus, prout indicatum fuerit, ſi non ex toto, ſaltem quòad partem hi humores è corpore eliminentur, aut ut utrique indicationi ſatiſfacturus ſis, cum evacuantibus *martialia* ſimul mixta primùm exhibe, curam deinceps *martialibus* ſimplicibus totam abſoluturus. Ita quoque cum humoribus ſeroſis maxima fluiditas inducta fuerit, atque ſolidorum textus multùm debilitatus, *martialium* vires admixtis aſtringentibus validioribus intendas; nam præterquam quod humores magis adunant, ſolidis etiam, atque laxatis vaſis excretoriis firmatis, humores ad ſecretoria faciliùs multò appellunt, & ex illis copioſiùs effunduntur.

VIII.

VIII.

Ipsis evacuationibus nimiis sistendis *martialia* quæquè inserviunt, verùm cave ne aberres, plures enim sunt, ut jam innuimus, harumce excretionum causæ; ideò autem illius vel alterius humoris excretio adaugetur, atque ipse sanguis è suis vasis exilit, aut in aliena fertur, quia humorum motus vel in vicinis vel in ipsius partis affectæ vasis sistitur, aut summè imminuitur, vitiatur autem ille motus, tùm ob eorumdem vasorum infarctum, tùm constrictionem, tùm ariditatem. 1o. Vasa sanguine vel lymphâ obturantur: Si primùm, sanguinis adauctam quantitatem repetitis venæ sectionibus in brachio, vel in talo, prout indicatum fuerit imminuatur, & ejus rarescentia appositis remediis diætaque tenui & refrigerante compescatur. Tandem si ipse sanguis jam concretus, & in iisdem vasis sic impactus, ut eorum repetitæ pressioni cedere non valeat, sanguinis resolventia in usum adhibe: Dixi sanguinis resolventia, hæc enim à lympham incidentibus plurimùm differunt: tunc ergò *martialia* inutilia sunt, atque noxia. Si secundùm, seu si à lympha infarctus dependeat, illa incidenda est, uti infra dicemus.

2o. si excretio nimiâ vasorum constrictione inducta fuerit, *martialia* tunc noxia futura esse, vel leviter attendenti patebit; indè enim quæ fiebat humorum excretio adaugenda est, vel omnes sistendæ sunt, si ipsa vasa quæ patula erant validè constringantur. Tandem ipsa vasa dilacerantur, atque sanguis vel serum effunditur, aliaque non minùs infensa mala subsecutura sunt. Ergo si adaucta humorum excretio ab *spasmo* veniat; martialium locus non est ea tùnc proderunt, quæ partes convulsas laxare poterint, sed hæc hujus loci non sunt.

3o. Nec etiam minus *martialia* nocerent, si par-

tium textus aridus & ſiccus fuerit; quippe vel affectarum partium vaſa cum humoribus, quos continent, ſimul areſcunt, vel humoribus plùs vel minùs vacua exſiccata ſunt. Quomodo induratis humoribus prima fluiditas *martialibus* reſtituenda ſit, infrà dicemus; quoad vaſa arida & ſicca, ni diluentibus & emollientibus priùs remollita fuerint, ea humoribus recipiendis tranſmittendiſque imparia fore, neminem in rebus *phyſiologicis* vel leviter verſatum fugit, ac proinde ex ferro parata medicamenta tùm nullatenùs conveniunt.

I X.

Ergo excretionibus nimiis ſiſtendis martialia parum vel nullatenùs inſerviunt? falleris certè; nam 1°. ſi ab exuberantibus humoribus ſeroſis excretio dependeat, aut foveatur, uti ſupra diximus, multùm conferunt. 2°. Si proprer vaſorum excretoriorum laxitatem fiat, *martialia* ut potè ſalibus vitriolicis plus vel minùs referta ad eadem vaſa aſtringenda, atque firmanda appoſita ſunt. 3°. Ità quoque conducunt, ſi à præpedito vel in viciniis vel in ipſius partis vaſis laxatis humorum circuitu vel ſecretione læſa, excretio adaucta ſit; undè rationem habes cur immodicus catameniorum vel hæmorroidum fluxus, aut aliæ excretiones nimiæ martialibus atque aperientibus medicamentis quandoqne ſiſtantur. 4°. Tandem à quâcumque cauſâ excretio adaucta dependeat, pro dato tempore proſunt, ſed de iis fuſiùs in ſequentibus.

X.

Ex dictis ſequitur, *martialia* in prætermodum adauctâ humorum fluiditate, aut excretionibus ni-

miis tutò præſcribenda futura eſſe dumtaxat. *Primo* quotieſcumque præternaturalis fluiditas à debilitatâ partium ſolidarum vi *ſyſtalticâ* dependet. *Secundo* vel ab humoribus ſeroſis exuberantibus. *Tertio* cum excretiones ob laxatum partium tonum copioſiores ſunt. *Quarto* ad ſolidas partes firmandas, modò vires earum nec oppreſſæ, nec ab exhauſtis humoribus debiles fuerint. Undè patet, martialia in omnibus corporis affectibus ab iiſce cauſis pendentibus fore ſummè proficua.

X I.

Secundo Quemadmodum humorum fluiditas præter naturam adaugeri; ſic quoque iidem humores variis cauſis denſari queunt. *Primo* Si eorum pars ſeroſior & aquoſior deficiat. *Secundo* Si in quibus continentur, vaſis validiùs premantur. *Tertio* Si laxato partium textu, veluti ſibi ipſis relicti humorum globuli ad invicem ſubcidentes plus vel minùs ſtrictè cohæreant In primâ denſitatis ſpecie *martialia* medicamenta maximè noxia fore, quis non videt? certè quidem diluentibus ſolùm hæc deperdita fluiditas recuperari poteſt. Nec minora parerent incommoda, ſi à vaſorum preſſione denſitas ſuboriretur, quæ laxantia ſunt, dumtaxat proficua futura eſſe, experientia docet.

XII.

Ergò niſi humorum denſitas à tertiâ cauſâ inducta fuerit, *martialia* tutò exhibere poteris; modò etiam partis, in quâ illi humores ſtagnant, natura & variæ ejus affectiones non contraindicent; quippè humorum hærentiam, quam etiam induratio ſubſecuta eſt, vel inflammatio aliquoties præceſſit, vel

ei ſupervenit, & ulcus quandoque partem affectam depaſcitur; quantùm autem *martialia* tunc nocerent, nemo non videt. Tandem ne in re aliundè ſummè difficili, atque ne maximo ægrotantium damno decipiaris, ad humorum etiam ſtagnantium, vel extravaſatorum duritiei gradum diligenter quoque attende: *martialibus* vaſa firmata magisque tenſa validiùs contrahuntur, quorum motibus, ſi indurati humores non cedant, ipſa vaſa, geminatis ictibus ſolvuntur, aut in iis maximè conſtrictis, humorum circuitus plus vel minùs præpeditur; undè partis affectæ dolor, inflammatio, ulcus, gangræna. Preterea in partibus vicinis humorum motus quoque vitiatur, lympha vel ſanguis è ſuis vaſis erumpunt, aut feruntur in aliena.

XIII.

Ergò ſi cujus curam ſuſceperis, affectus ab induratis humoribus dependeat, aut foveatur, *martialia* priùs non exhibeas, quàm eoſdem remollieris; quippè emolliti ac minùs compacti vaſorum oſcillationibus faciliùs cedunt, atque propulſi vel in vaſa continua fluunt, aut per patula excretoria effunduntur. Quæ de humoribus in aliquâ corporis parte induratis, ſeu de ſcirrho lienis, hepatis &c. diximus: ea etiam de humorum in cæteris corporis vaſis ſpiſſitudine accipienda ſunt.

XIV.

Verùm ſi nihil contraindicet; ſeù ſi humores nec nimis indurati, nec vaſa arida, nec maximè tenſa fuerint, à martialibus curam tutò ſuſceperis; ſic experientia docet, ut & ratione confirmari poſſet. Nam hiſce medicamentis vaſa firmata ac validiùs ſe ſe con-

trahentia eoſdem humores premunt, atquè ad vaſa capillaria uſque propellunt, ubi eò magis, uti docet Phyſiologia, ſolvuntur, quò illamet vaſa minora fuerint.

X V.

Deniquè cùm æquè ſanguine, atque lymphâ viſcera maximè lien, imo & omnes corporis partes infarciri poſſint, ſeu humores omnes in vaſis vel extrà vaſa plus vel minùs denſati indiſcriminatim hærere ac ſtagnare, quibus *martialia* non æque conveniunt, ideò quiſnam ex illis torpeſcit, maximè diſtinguendum eſt. Qui à ſanguine eſt, non *martialibus*, quæ tunc ſumme nocentia forent; ſed propriis incidentibus infarctum tollere opus eſt quâ autem methodo à lymphâ producto infarctui mederi oporteat, jam diximus.

X V I.

Ex dictis colliges. *Primo*, *Martialia* non convenire, cùm à diſſipatis humorum partibus feroſioribus, vel nimiâ vaſorum preſſione denſitas dependet. *Secundo*, nec ubi partes ſolidæ nimiùm tenſæ, aut aridæ fuerint. *Tertio*, Ea dumtaxat proficua fore, ſi propter laxatum partium textum humores torpeſcant, modò nihil contraindicet: Contraindicant autem humorum durities maxima, partis affectæ natura, ejus ſenſibilitas adaucta, inflammatio, ulcus &c. *Quarto*, Ut hæc medicamenta tutò exhiberi poſſint, humores indurati priùs emolliantur, atque vaſa laxata ſint. *Quinto*, Nec ſanguinis denſitati, nec infarctui à ſanguine, ſed à lymphâ inducto, ferrum & ex eo parata prodeſſe; undè rationem habes, quare vaſa obſtructa reſerant, ſcirrhos tollunt, ſuppreſſas

evacuationes restituunt, humoribus deperditam fluiditatem conciliant, atque eorum operá humorum motus, ex quibus vita & sanitas dependent, juxta naturalis œconomiæ leges absolvuntur.

XVII.

Ad quid tot & tantæ distinctiones ? an ne suppresso catameniorum fluxui, & aliis excretionibus restituendis, *martialibus* aptiora remedia inventa sunt ? nulla sanè præstantiora modò indicata fuerint; verùm semper non indicantur. Catameniorum fluxus & aliæ humorum secretiones ac excretiones, uti jam expositum fuit, vel propter vasorum secretoriorum & eorum quoque, ex quibus pars affecta componitur, spasmum, aut ariditatem imminuuntur, & ex toto aliquoties præpediuntur; quandoque propter lympham summè induratam. An iis ritè priùs non distinctis à culpá absuturus eris? vel minimè, martialibus vasa rigida magis coustringentur, sicca penitùs arescent. Item si à sanguine vitium oriatur, partis affectæ sensum intendes, inflammatio superveniet in ulcus insanabile citò mutatura. Taceo varia alia, quæ exindè mala subsequi solent, quæque heu nimiùm ? experimentis comprobata sunt, sed de iis fusiùs ꝟ. sequenti.

XVIII.

Quibus inter morborum causas debellandis, aut alterandis *martialia* medicamenta conveniunt, definitum est : quæ ex illis pro dato affectu magis proficua fuerint, & quomodo iisdem uti oporteat, superest inquirendum; in illis etiam multùm peccatur. Ex ferro parata medicamenta alia aliis plus vel minùs astringunt, atque pro eorum, quæ cum illis

admixta exhibentur, naturâ, plures alias qualitates habent, Medico dignoſcendas; ſed de iis jam egimus ff. præcedenti. Quænam inter illa diverſis corporis affectibus ſanandis aptiora ſint, breviter inquiremus. Itaque 1o. ubi partium textus maximê laxatus eſt, atque humores vaſorum ictibus faciliùs cedere poſſunt, ea exhibenda ſunt, quæ magis aſtringunt; qualia ſunt *crocus* martis aſtringens, vitriolum *martis*, tincturæ, & ferrum in aceto, aliiſque liquoribus aut ſpiritibus acidis ſolutum. 2o. Si minùs aſtringendi indicatio fuerit, *crocus martis* aperiens, ferrum limâ in ſcobem tenuiſſimam redactum, imprimis in uſu ſint. 3o. Ferrum in vino ſolutum partibus vini ſulphureo-volatilibus, quas ſecum permixtas habet, humorum rareſcentiam intendit, ſopitos ſpiritus exſuſcitat, atque eorum ſecretionem promovet; ideò tunc feliciter præſcribitur; ſi unà cum partium laxitate vires exolutæ fuerint. 4o. Si alvum ducendi intentio ſit, atque minùs aſtringere oporteat, cryſtalli tartari *chalybeati*, & tartarum *martiale* ſolubile præ aliis concinnentur. 5o. Si ſudoris promovendi neceſſitas fuerit, aut læſa perſpiratio promovenda, atque intimi partium contextûs vaſa firmanda, reſerandaque ſint, flores ſalis ammoniaci *martiales* has indicationes tutò adimplent. Verùm cave, ne iis humorum motus atque corporis calor maximè intendantur, ut hæc avertam, in magnâ aquæ quantitate ſolutos hos flores exhibere ſoleo.

XIX.

Quæres an ferrum ipſius croco aperienti præponendum ſit? ſanè quidem, modò in ſcobem tenuiſſimam fuerit redactum, & ubi minùs aſtringendum eſt. 1o. In ſcobem tenuiſſimam reducendum eſt; alioquin nec in ventriculo, nec in inteſtinis debitè ſolutum, & ut pote ſummùm grave citò per anum ex-

cerneretur. 2o. *Croco* anteponatur, si minùs astringendi intentio fuerit. *Martialium* vim astrictorim à salibus vitriolicis, quibus plus vel minùs abundant, pendere probatum fuit; ea autem salia eò majores vires exerunt, quò à substantia inflammabili magis sunt expedita; at quia ferrum, uti probat ejus major inflammabilitas, substantiâ illâ inflammabili *croco* magis turget, ejus acida minùs libera, minori etiam vi agunt: contrà verò in *croco*, ubi sui juris magis facta multò magis astringunt. Ex quibus patet chalybem ferro etiam minùs astringere; quia majorem substantiæ inflammabilis quantitatem continet, fortè, quia illa salia ob strictiorem chalybis compagem, quàm in ferro, minùs ad agendum expedita sunt. Quibus adde ferri, sed imprimis chalybis scobem ut pote *croco* graviorem è ventriculo & intestinis citiùs multò decidere. Ergò quotiescumque minùs astringendum futurum erit, ferri, & chalybis scobem croco tutiùs exhibebis. Insuper scobis usu, non mala solùm effugies, quæ ex ferri paratis persæpè inferri solent, sed eò tutiùs ages, quòd veluti per gradus egeris.

X X.

Ita quoque pro variâ indicatione, cum aliis medicamentis ferri varia præparata exhibentur. 1o. Si non astringendi tantùm, sed etiam demulcendi & nutriendi indicatio fuerit, ut in inveteratis alvi fluxibus, aut aliis evacuationibus immodicis, unà cum lacte, vel sero lactis vel jusculis ex juniori pullo gallinaceo paratis *Martialia* feliciter dantur. 2o. Vel cum resolventibus, uti cichorio silvestri, fumariâ, nasturtio aquatico, apio palustri, chærefolio, asellis, aquillâ albâ, æthiope minerali &c. Si humores incidendi sint & per vias urinarias excernendi. 3o. Vel cum cardiacis, si vires verè debiles resocillandæ. 4o.

Vel

Vel eum ipſis narcoticis, ut quæ aſtringendo producunt, aut adaugent, mala avertantur. 5°. Vel cum catharticis, ut exuberantes pravi humores per anum eliminentur. 6°. Tandem cum remediis appropriatis, prout indicatum fuerit.

XXI.

Quomodò, ſeu quâ formâ & doſi *martialia* exhibenda ſint, inquirendum ſupereſt. Unà cum aliis medicamentis pro datâ indicatione præſcribenda fore jam dictum fuit; tunc ergo ſub eâdem formâ, quâ illa remedia dantur, etiam concinnanda. Quæ ſi ſola in uſu ſint, ea vel in aquâ ad ptiſanæ formam, vel in vino ſoluta, vel in juſculo convenienti, vel in decocti appropriati cyatho uno, aut altero, vel in offæ primo cochleari, vel manè ſuperhauriendo, aut lac, aut ſerum lactis, aut juſculum, aut apozema. Vel ferrum candens in lacte, vel lactis ſero extinguitur.

XXII.

Quoad doſim. A minori ſemper exordiaris, ut ad majorem tutò progredi poſſis, plures à magnâ doſi malè ſe habere obſervatum fuit, qui à minori ſanati ſunt; Ideò ne aberres, & morbum & ægrotantium temperiem, ipſiusque partis affectæ indolem priùs conſule. Verùm ſi parvâ doſi exhibeantur, quod ſemper tutius erit, iis per longum tempus uti neceſſum eſt; unde patet quare aquæ minerales vitriolicæ, quas *martiales* aut ferrugineas vocant, etſi ferrum purum non contineant, illæ enim aquæ à terrâ propriâ ferri acidis vitriolicis plus vel minùs turgidâ ſuas virtutes habent, unde inquam, tot tamque gravibus affectibus ſanandis ipſo ferro, atque ex eo paratis multò magis ſunt accomodatæ; quin tamen credas, omni-

bus morbis debellandis aptas futuras esse, uti illis, qui de aquis tractant dicere solemne est; quippe si illis fides adhibenda foret, nullos ex corporis affectibus insanabiles diceres: at aquæ minerales, uti alia medicamenta, nisi pro datâ indicatione prosunt.

XXIII.

Qui in vasis humores stagnant, maximè si concreti fuerint, circulationi plus vel minùs inhabiles sunt: veluti totidem corpora humoribus extranea haberi possunt; quæque proinde, si *martialium* ope fluiditatem adepta, ad alia vasa cursum rursùs dirigant, humorum quantitatem adaugent, eosque, pro suis qualitatibus variè inquinant; unde mala prioribus pejora quàm sæpe oriunda: ut ergò tot tantaque, quæ exinde imminent, incommoda avertantur; ni soluti humores per ejusdem partis vasa excretoria foras erumpant, è corpore variis additis evacuantibus eliminentur. Dixi variis additis evacuantibus; nam, cùm juxta divini Senis Consilium eò tendere oporteat, quò natura vergit; vergit autem, seu superfluos illos humores vel ad renes, vel ad alvum, vel ad cutim &c. propellit è vasis egerendos: Itaque diuretica, vel cathartica vel diaphoretica, aut sudorifica, vel alia evacuantia prout indicatum fuerit, *martialibus* utentibus identidem exhibeas, & quoties visum fuerit, iteranda.

Sic etiam humorum hærentium excretionem promovebis; si iisdem humoribus jam solutis, vasa per apposita remedia ad excernendum prorites. Sed hæc hujus loci non sunt. Verumtamen cùm nonnullis ne sentias, velim, *martialia* assumpturos evacuantibus semper prædisponendos futuros esse; nam serosi humores exuberant, vel in vasis veluti infixi plus vel minùs concreti sunt. Si primùm, non unâ vice, sed pluries, etiam cum martialibus evacuantia convenien-

tia exhibeantur. Si ſecundùm, expecta, dum iidem humores *martialium* operâ ad fluendum apti ſint; alioquin nulla, vel irrita, fortè noxia evacuatio ſubſecutura eſt.

PARAGRAPHUS V.

De abuſu Ferri.

I.

IN erroribus, qui in ferri & *martialium* uſu, committuntur, enumerandis, multùm non immorabimur, eò enim frequentiores atque majores ſunt, 1o. quòd hæc medicamenta præ omnium manibus ſint. 2o. Quòd morbi, aut eorum cauſæ, quibus debellandis conveniunt, haud facilè diſtinguantur. 3o. Quòd, quæ perpatrant, damna difficilè reſarciri poſſint.

I I.

Ille morbis tutò debellandis aptus eſt, qui cognitâ priùs corporis œconomiâ, morborum, quibus in vitæ decurſu corpus humanum objicitur, genium, ſeu quibuſve ſignis ſe primùm monſtrant, quomodo intenduntur, ac remittuntur, atque terminari ſolent, à Magiſtris peritioribus, Auctorum ſelectiorum lectione ac propriâ experientiâ didiſcerit; ita & cauſarum cognitio non minùs neceſſaria eſt, medicinam facturo: quantopere ergo, qui nullis Medicinæ principiis imbuti, nec morborum hiſtoriam novere, nec audivere, illi ferrum & ex hoc metallo præparata exhibentes decipiuntur, alioſque decipiunt, & eò fre-

quentiùs, quòd eadem illa medicamina ad omnes permixtè morbos adhibeant. Adeò frequens eſt *martialium* uſus, ut illa, Medicinam univerſalem crederes.

I I I.

Quantæ difficultatis fuerit, & morbos, ac eorum cauſas, quibus oppugnandis martialia conveniunt, dignoſcere, facilè patebit ex noſtræ Diſſertationis lectione: ergo quot & quantæ ab iis culpæ committuntur, qui nullâ morbi, cauſarum, ægrorum temperiei, aliarumque circunſtantiarum habitâ ratione hæc medicamenta, alioquin optima, exhibent: & ſanè cum hæc ſit *martialium* natura & indoles; ut partium ſolidarum aſtringendo vires intendant; nam uti experientiâ conſtat, illa noxia futura ſunt, ubi partes illæ nimiùm tenſæ, aut aridæ, vel humores partium ſeroſarum jacturâ, vel validiori vaſorum preſſione indurati fuerint? uti etiam, ſi quâcumque aliâ causâ ſummè concreti vaſorum ictibus cedere non valeant.

I V.

1°. Partes ſpaſmo detetentæ *martialium* acidis vitriolicis valdè inſtimulatæ magis atque magis tenduntur: atque convulſæ rigeſcunt; unde ad ſe ſe contrahendum ineptæ, propellendos humores retinent, ac preſſione denſant. Inſuper humorum colis etiam conſtrictis, ſecretiones ſupreſſæ manent, ac quæ adhuc vigebant, ex toto ſiſtuntur; unde febris accenditur, facies rubet, totum corpus æſtuat, diruptis vaſis, ſanguis impetu exilit, aut aliò divertentes humores in vicinas cavitates irruunt, ibique collectis, hydrops ſupervenit, vel corporis habitus cachecticus fit, ſi ſerum in vaſis intra textum cellu-

larem repentibus, vel in ipſis cellulis ſtagnet.

V.

2o. Nec minora ſubſequentur incommoda, ſi aridis partibus ſolidis, medicamenta martialia exhibeas; partes illæ, quibus remolliendæ erant, humoribus jam deſtitutæ, vitriolicis acidis magis exſiccatæ areſcunt. Unde earum motus langueſcit magis, atque humorum fluxu inhibito, excretiones intercipiuntur, vaſorum infarctus adaugetur, humores magis indureſcunt; unde hydrops, febris lenta & alia infenſiſſima mala ſuperveniunt.

VI.

3o. Vaſorum ictibus eò minùs humores pariunt, quò magis indurati ſunt; hinc maximè errant illi; qui iiſdem humoribus necdum remollitis, martialibus utuntur: ſanè uti ff. præced. dictum fuit, Medicamina hæc vel humores inordinatè ſolvunt, vel in eoſdem humores, irritis reſiliunt ictibus, quibus vaſa vicina validè commota varios motus edunt, ac convelluntur, in illis & in remotioribus humorum motus intenditur, rubra cum albâ ſanguinis pars in arterias lymphaticas irruit; ibique ſtagnante, Inflammatio accenditur, quam ulcera inſanabilia, ſubſequuntur, vel humorum induratio nullis diluentibus emollienda; inſuper plura alia mala ſubſequi, aut concomitari ſolent; ſcilicet, febris in lentam terminanda, partis affectæ dolor, ſcirrhus facilè mutatur in cancrum, hydrope aut maraſmo vita cum morte commutatur.

VII.

Ii ergò plurimùm errant, qui martialibus utuntur in omnibus affectibus ſpaſmodìcis, paſſione hyſtericâ, affectione hypochondriacâ & quocumque alio corporis affectu convulſivo, ſicuti in partium ariditate, hæmoptyſi, ſaltem ratione morbi; nam ad horum-ce affectuum cauſas nonnullas alterandas, immutandaſque, quandoque aptiſſima fore nos felix uſus perſæpe docuit: verum cave, dum cauſas arcere niteris, ne qui ex illis dependent, morbos exaſperes; ideo tutiùs ages, ſi variis illis indicationibus ſimul ſatisfeceris.

VIII.

Inde etiam vides, quàm noxia fuerint hæc eadem medicamenta in cancro afflictis, vel internis ulceribus laborantibus. Ipſa intemperies ſicca & calida martialia aut reſpuit, aut ſi illa exhibendi indicatio fuerit, niſi ſummâ cum prudentiâ ea adhibeas, facilè certè lædes.

Ex dictis quoque rationem habes, quare jam ſenſilem nimis ventriculum invertunt, inteſtina doloribus torquentur, bilis acrior excernitur, alvus aſtringitur, totum corpus flaveſcit, aut exanthematibus figurâ, magnitudine, colore, ipſoque dolore diverſis aliquoties infectum eſt, vel macie abſumitur &c. Taceo varios, qui circa doſim errores committuntur. Sed quid plura, eo enim in martialibus præſcribendis frequentiùs peccatur, *quod difficillimum ſit*, ipſo atteſtante Illuſtr. Stalh (*a*) practico feliciſſimo, *martialia ita adminiſtrare, ut ille, etiam regulis perſpicuis, circumſcriptis, erroribus & ambagibus eventibus, nullus*

(*a*) Ars ſanand. cum Expectat. c. IV.

aditus pateat, aut locus relinquatur: qualis autem circumſpectio, diſcretio, & peritia, ab illis numquam ſperari, nedum expectari poteſt, qui toti in hoc remedii genere obhærentes, neque morborum genium agnoſcunt, neque adhibendi aliquam methodum comprehendunt.

IX.

In *martialibus* facilè erratur, difficiliùsque multò, quæ inferunt, damna reſarciuntur. Etenim hiſce medicamentis nimiùm conſtrictæ aut ſummùm aridæ corporis partes, difficillimè laxantur & emolliuntur, ex illis, quos accerſunt, morbi quàm plurimi, aut remediis exaſperantur, aut omnem perſæpè medicinam reſpuunt: quem latet ulcera, cancros, febrem lentam & hecticam, hydropem &c. quæ ex illorum abuſu oriuntur, inſanabilia futura eſſe.

X.

Ne ergò circa *martialium* uſum aberres, tibi nunquam excidat, *martialia* aſtringendo præcipuas ſuas vires exerere, eaque dumtaxat convenire, cùm partes laxatæ firmandæ ſunt; quæque proinde jam nimis tenſas, rigidiores efficiunt, earum intendunt motus, atque aridas magis exſiccant. Nam uti ſuo loco probatum fuit, martialia, acidis vitriolicis plus vel minùs turgent, ferri autem partes integrantes oſtiolis vaſorum lacteorum ſubeundis impares ſunt, atque ex hoc metallo parata ferri naturam exuere, ipſique *croci* modò ritè parati fuerint, terra ſunt acidis vitriolicis plus vel minùs referta: quod ſi uti ſæpè contingit, quia Pharmacopolarum aut inſcitiâ, aut incuriâ non concinnè elaborati ſunt, quaſdam partes verè metallicas retineant, interiùs aſſumpti, aut ex toto deſtruuntur, aut per anum partes illæ metallicæ excernendæ ſunt. *Exuſtum ferrum, ſquamas*

ferri, seu batituram benè perustam, & omnis martis crocos tum præcedentibus solutionibus, & subjunctâ ustione, paratos, non magis tangit aut commovet Magnes, quàm paleas & stramen. Ita Illust. *Stalh.* (a)

Quantacumque gravia fuerint, quæ ex intempestivo *martialium* usu, mala subsequi possint, ex iis optata commoda ægrotantes percipient, modò morbis, eorumque causis ritè distinctis, habitoque priùs temperierum, aliarumque circunstantiarum respectu, exhibeantur: totidem remedia tonica sunt, quæ laxatas partes firmando, humoribus fluidioribus consistentiam; crassis, spissis & nimiùm consistentibus fluiditatem conciliant; unde languentium humorum motus in integrum restituitur, functiones debitè exercentur, atque sanitas restituitur.

(*a*) Obser. Ch. Phys. Med. cur. mens. Septemb. C. 5. & Experim. Obser. & Animad. N. XVIII.



ERRATA.

PAg. 8. lin. 6. hac. *leg*. hæc. lin. 20. visceribus extrahuntur. *leg*. visceribus efformata extrahuntur. l. 25. unitâ. *leg*. unita. p. 11. l. 2. ullatenus attrahit. *leg*. ullatenus, vel parùm attrahit. l. 12. metallum destructum. *leg*. metallum plus vel minùs destructum. p. 24. l. 10. textus. *leg*. textu. p. 25. l. 34. poterint *leg*. potuerint p. 27. l. 20. subcidentes. *leg*. subsidentes. p. 20. l. 12. preterea *leg*. præterea. p. 30. l. 21. coustringentur. *leg*. constringentur p. 32. l. 2. astrictorim *leg*. astrictoriam.

Le recueil periodique d'observaons de
medecine chirurgie pharmacie &c. par m.
vandermonde Docteur regent de la faculté de
medecine a paris imprimé aud. endroit chez
vincent rue st. Severin a L'ange contiendra la
1re. lieu les observaons qui auront directement
raport aux maladies, et embrassera la physiologie
pathologie, hyg. et semi.

dans la 2e. partie on traitera des decouvertes
anatomiques et de tout ce qui concerne la
chirurgie rationelle et instrumentale.

La 3e. partie renfermera l'histoire naturelle
La chymie et La pharmacie.

enfin on y a insere des theses soutenues
a paris montpelier, et autres celebres ecoles de france,
des lettres memoires et pieces fugitives qui tendent
directement au progrès de la medecine chirurgie et
pharmacie.

prix par souscription 7.tt 4s. p. 12. vol.
et 6s. 8d. port par mois

SN137

